



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 55. Bellum Sacrum promulgatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

Sæcul. XII. A.C. 1195. Tancredi viduam, Guilielmum parvulum ejus filium, compluresque alios tum Episcopos tum Comites, quos proditionis accusabat, custodia tradidit, ac non nullis oculos eruit, alios in ignem coniectos, aut fracta gula suspensos necavit. Ceteros exilio damnatos migrare in Germaniam jussit. Quo etiam ipse reversus anno sequente millesimo centesimo nonagesimo quinto Sibillam ejusque filium abstractos, & hunc quidem utroque lumine privatum, perpetuo carceri addixit.

Jo. de Ceu.
an. 1195.

§. LV.

Bellum sacrum promulgatur.

v. MS. Nihil magis Cœlestinum Papam ad prædicandam expeditionem sacram movebat, quam allatum ex Asia nuncium, de obitu Saladini, qui decima tertia die Martii anno millesimo centesimo nonagesimo tertio Damasci fato concesserat. Ubi de hoc Principe, iisque quæ ipsius ætate in Oriente gesta sunt, mihi sermo fuit, complura facta retuli, quæ in Scriptoribus nostris Latinis non leguntur, testemque adduxi vitam ejus manuscriptam, ante aliquot annos a Domino Abbate *Renaudot*, compositam, quam ipse ex authographis plerumque Arabicis & ineditis, atque ex Saladini vita, ab *Hamat*, qui Soldano ab Episto-

lis

lis erat, concinnata excerptit. Domi-
no Abbati necdum visum, Opus suum
memorable typis vulgare; sed illud ta-
men mihi, veteri amico suo, amore u-
tilitatis publicæ communicavit. Post-
quam ergo in Italia compertum fuit, Sa-
ladinum extinctum, filiosque defuncti &
patrum de regno rixari, omnibus faci-
le persuasum, utendum esse occasione,
forte nunquam reditura, qua Hieroso-
lyma ceteræque Palæstinæ urbes armis
Christianorum recuperarentur.

Sæcul. XII.
A.C. 1195.

Rog. p. 727.
Auct. Aquin-
cint. an.
1193.

Eo consilio Papa duos Cardinales in
Franciam misit, ubi ingens Crucigero-
rum numerus confluxit. Conjicere de-
bemus, Pontificem ad aliorum quoque
Regnorum Episcopos hujusmodi literas
dedisse, quales Huberto Cantuariensi &
Episcopis Angliæ scripsit, jubens eos
bellum Palæstinæ prædicare, & adjuncta
privilegia, Indulgentias, ac Sacræ Sedis
præsidium promittere, Regemque hor-
tari, ut subditis suis proficiscendi licen-
tiam daret. Tum Archiepiscopo Can-
tuariensi, Papam monenti, quod multi
Crucigeri edito voto non satisfacerent,
etsi possent, alii vero non possent, pau-
pertate, morbo, aut aliis obstaculis im-
pediti, præcepit; illos, qui possent, ad-
hibitis Censuris Ecclesiasticis ad solven-
dum votum compelleret. *Aliis vero, Ep. 14. ex*
subjungit Pontifex, *quos paupertas vel*
Rog. p. 784.

Ann. Godef.
mon. 1195.

Z 3

vale-

Sæcul. XII. *valetudo iter suscipere prohibet, licen-*
 A.C. 1195. *tiam manendi tribues, injuncta congrua*
pœnitentia, ea tamen conditione, ut
quamprimum possint proficiscantur. Tan-
dem illi, qui ipsi peregrinari simpliciter
nequeunt ob corporis infirmitatem, unum
vel plures milites pro facultatum suarum
modo in Palestinam suis sumtibus mit-
tant, unum vel plures annos, prout expe-
dire tibi visum fuerit, pro Jesu Christi
causa militaturos. Hæc Epistola die
duodecima Januarii anno millesimo cen-
tesimo nonagesimo sexto data est.

§. LVI.

Concilium Montispeffulanense.

Radevic. 7. **I**n Hispania, cum Alphonsus IX. Rex
c. 29. Castiliæ, Martini Archiepiscopi Toletani, quem copiis suis præfecerat, secutus consilium, Mauris gravissimus immineret, illi ab Emiro *Almumenin*, ceu Fidelium Principe, Jacobo *Almobadam* Duce, qui Sedem Maroci fixerat, auxilia flagitant. Qui exercitu immenso in Hispaniam trajecto, Christianos inita pugna ad *Alarcos* haud procul Sierra Morena, die decima octava Julii anno salutis nostræ millesimo centesimo nonagesimo quinto, æræ Hispanæ millesimo ducentesimo trigesimo tertio, Hægira quingentesimo nonagesimo primo, profligavit. Negabat Alphonsus se tan-

Ann. Godef.
mon. 1195.